



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

LVIII. Desgleichen für Zacharia von Danneberg und Gertrud Melkes, von demselben Tage und Jahre.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

LVII. Desgleichen für Aldrudis von Marenholz, von demselben Tage und Jahre.

Nos Olricus, dei gratia prepositus, Mechtlydis eiusdem gratia priorissa totusque conuentus sanctimonialium in Dysdorp omnibus presens scriptum visuris salutem in perpetuum. Recognoscimus presentibus et testamur, quod Aldrudis, dicta de Marenholte, ad pecuniam datam pro emptione ville Rustenbeke et prouentuum eiusdem IV marcas cum fertone Stendaligenis argenti de pia et adiutrice manu parentum suorum plenarie addidit et perfoluit, pro qua pecunia nos prepositus viginti quatuor solidos singulis annis in festo B. Martini Episcopi et confessoris de prouentibus prenominatae ville presentabimus priorisse ac uni de senioribus predictae parentele de Marenholte, qui pro tunc temporis supervixerit, singulis conforibus pro memoria diuidendum. Hec vero diuisio erit in circumcissione domini; memoria autem parentum predictae Aldrudis in octaua innocentium singulis annis in vigiliis ac ceteris deuotionibus fideliter peragetur. Ad huius rei maiorem efficaciam sigillis nostris roborauimus presens scriptum, datum sub anno domini M^o. CCC^o. L^o. in festo Katherine virginis ac martyris gloriose.

Gercken's Dipl. II, 203. 204.

LVIII. Desgleichen für Zacharia von Danneberg und Gertrud Melkes, von demselben Tage und Jahre.

Nos Olricus prepositus, Mechtildis priorissa totusque conuentus sanctimonialium in Dyftorp uniuersis tenore presentium lucidius protestamur, quod pro XI marcis denariorum cum V solidis et VII denariis expositis et in emptionem ville Rustenbeke conuersis vendidimus. Zacharie de Dannenberghe nec non Ghertrudi filie Erici Melkes, nostris commonialibus. I marcem denariorum ad ipsarum vitam annis singulis in festo B. Martini ex prouentibus totius ville deriuantibus percipiendis sustulendas — — In cuius emptionis testimonium presentem paginam sigillis nostris dedimus communitam. Datum anno domini M^o. CCC^o. quinquagesimo, in festo B. Catherine virginis gloriose.

Gercken's Dipl. II, 204. 205.

LIX. Desgleichen für Elisabeth von Hydacker, Ermengard und Alheid von dem Knefeseck, von demselben Tage und Jahre.

Nos Olricus prepositus, Mechtlydis priorissa totusque conuentus sanctimonialium in Distorpe uniuersis tenore presentium lucidius protestamur, quod pro XI marcis et VI denariis Luneburgensibus expositis et in emptionem ville Rustenbeke conuersis vendidimus nobis in Christo dilectis videlicet Elyzabet de Hydzakere nec non Ermengharde et Alheidi, fororibus,